Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et
tradierent. Et uinctum adduxerunt eum: et tra-
dierunt poncio pylato presidi. Tunc uidens iu-
das qui eum tradidit quod dampnatus esset: pe-
nitencia ductus retulit triginta argenteos pri-
cipibus sacerdotum et seniorib; dicens. Peccaui
tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt.
Quid ad nos: tu uideris. Et proiectis argenteis
in templo recessit: et abiens laqueo se suspendit.
Principes autem sacerdotum acceptis argen-
teis dixerunt. Non licet eos mittere in car-
bonan: quia pretium sanguinis est. Consilio
autem inito: emerunt agrum figuli ex illis
in sepulturam peregrinorum. Propter hoc uo-
catus est ager acheldemach: hoc est ager sangui-
nis usq; in hodiernum diem. Tunc adimpletum
est quod dictum est p ieremiam ypham dicentem.
Et acceperunt triginta argenteos pretium ap-
ciati quem appreciauerit a filiis isrl. et dederunt
eos in agrum figuli, sicut constituit michi do-
minus. Iesus autem stetit ante presidem: et
interrogauit eum preses dicens. Tu es rex iudo-
rum. Dicit illi ihs. Tu dicis. Et cum accusa-
retur a principib; sacerdotum et seniorib; nichi
respondit. Tunc dicit illi pylatus. Non audis
quanta aduersum te dicunt testimonia. Et n
respondit ei ad ullum ubum: ita ut miraretur